

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 89v–90

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 14

[14 § 1] [k. 89v] De eo. Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce decessit.

Si<sup>a</sup> aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce dicensit, uxor nichil habet in suis bonis, nisi <<sub>sibi</sub> b> dederit pro dotalitio aut vite provisionem pro sua vita in iudicio banito.

[14 § 2] De eo. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium possidere.

De eo. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium possidere, nec hereditatem observare. Et cum de hac luce decedit, ad heredes revertitur sui mariti.

[14 § 3] De eo. Quod maritus nichil dederit in suis bonis mulieri.

De eo. Quod maritus mulieri nichil dederit in suis bonis, in possessione bonorum sui /l/ mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quousque in viduitate et si sine marito permanere voluerit.

[14 § 4] De eo. Si vir oves habuerit, quas mulier recipiet ad supellectile.

De eo. Si vir oves habuerit, quas mulier recipiet ad supellectile. Et si pueri vellent dotalicium infringer, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerunt /c/. < Sed deservitum parcum et rationabile debitum debeant solvi de bonis mortui viri pro dotalitio. Et hoc si mulier fuerit dotata pecuniis in paratis. Si autem dotata fuerit in hereditate propria tunc suum dotalitium pro aliis debitis iure valeat optinere. Eciam quivis vir habens mansionem infra municipale. Ille sue conthorali dare potest pro dotalicio suam propriam hereditatem, quam in posse habeat alienandi et etiam in aliis su[ijs] bonis mobilibus in quantum voluerit etc. d>

[14 § 5] De eo. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditati sunt.

De eo. si vir pueros habuerit, aut |-q<sup>e</sup>-| mulier, quicumque ex hiis <<sub>quod</sub> f> exhereditati sunt, <<sub>si</sub> moritur vir hii pueri qui in hereditate patris sunt recipiunt bona et non hii qui exhereditati sunt etc. g> sed hereditatem vendere non possunt absque herendum consensu. Hii /k. 90/ pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex hiis unus moritur, istius partem divident inter se equaliter, |-caus e-| tam <<sub>ex</sub> h>hereditati, <<sub>quam</sub> f> domestici.

<sup>a</sup> SI wysokości ponad dwóch wersów, iniciał S przedłużony na marginesie na głębokość kolejnych dwóch wersów; <sup>b</sup> na środkowym marginesie ręką komentatora; <sup>c</sup> nieokreślony skrót, niewykluczone etc.; <sup>d</sup> rysunek dłoni, po nim wpis Sed deservitum, pełna nota na dolnym marginesie, także poprzedzona rysunkiem dłoni,

*całość ręką komentatora; <sup>e</sup> skreślone ręką autora podstawy; <sup>f</sup> nadpisane ręką komentatora; <sup>g</sup> na górnym marginesie na k. 90 ręką komentatora, w tekście znak wstawienia //; <sup>h</sup> dopisane ręką komentatora*

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódem, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]